

## §. I.

## Quanam causæ cognitioni Cæsareæ sint reservatæ?

- 95 **O**bjectum Jurisdictionis Summæ Sæcularis sunt causæ. Ubi, si Jurisdictionem latè accipiamus, quatenus potestatem administrandi totam Rem publicam comprehendit, latissimum sanè objectum est, ac Regalia tam majora quàm minorà, tam reservata quàm communicata, complectitur, de quibus Publicitate ex Instituto. Sin verò angustius capiatur, quatenus solum potestatem jus dicendi denotat, paulò angustius est objectum, ac causas illas includit, quæ cognitioni Cæsareæ specialiter sunt reservatæ.
- 96 **H**uc pertinent I. causæ feudorum Regalium, quas, si inter Status Immediatos Imperii, velut con-vasallos, controversæ sint, Imperator, exclusâ Camerâ, Austregis, & Arbitris, dirimit, non tantum quia talium feudorum est Dominus directus per pr. 2. Feud. 34. sed etiam, quia cura causarum majorum, Republicæ salutem concernentium, quales sunt causæ feudorum Regalium, specialiter incumbit Imperatori A. B. cap. 5. ibi: aufgenommen der Fürsten Röhnen: Lehen 2c. R. I. de anno 1521. sub tit. Römischer Königslicher Majestät Regiment §. ob auch Sachen fürselen 7. Ord. Cam. part. 2. tit. 7. Et licet Lymnæus lib. 2. §. P. cap. 9. num. 32. & seqq. Myler de Princip. & Stat. Imp. cap. 20. num. 12. & seqq. Sweder. part. spec. sect. 1. cap. 11. n. 12. & seqq. & alii non pauci contendunt, Imperatorem debere in his causis Electorum ac Principum sententias (quas vulgò das Fürsten-Nedht appellat) requirere; idque potissimum exemplis & testimoniis Veterum Imperatorum Friderici II. & Friderici III. nec non Sigismundi probent: plures tamen cum Hornio Jurispubl. cap. 53. §. 7. D. Balthasar cit. dissert. de Jud. Imp. membro 1. num. 19. D. ab Andlern Jurispr. publ. lib. 1. tit. 5. part. 5. per 101. D. Vitriario Inst. Jur. Publ. lib. 3. tit. 2. num. 65. circa fin. extra casum, quòd propter delictum ad privationem feudi ad bannum agitur, hoc negant: partim quia jus Principum putant esse merum ens rationis: partim quia non exemplis sed Legibus judicandum est: partim quia extant exempla recentiora, quòd Carolus V. Rudolphus II. & alii scorsim de feudis Regalibus jus dixerint: partim quia
- allegata Juris Publici testimonia in num. 97. evidentè hoc supponit: partim denique quia in Instrum. Pacis Olinabr. art. 5. quoad processum judicarium, dicitur, *liberum esse sua Majestati, in causis majoribus, & unde tumultu in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum sententias & votaperquirere.*
- Pertinent huc II. causæ privilegiorum: si 100 enim à Cæsareâ Majestate privilegium quis habeat, eique circa privilegii valorem, usum, extensionem &c. moveatur controversia, solum Imperator jus cognoscendi habet, ex vulgari ratione, quòd Supremi Principis sit, non tantum concedere privilegia, sed etiam concessa declarare, explicare, interpretari art. 1. ult. §. 1. Cod. de LL. Sweder. cit. part. spec. sect. 1. cap. 10. n. 5.
- Pertinent huc III. causæ vestigialium, inter Electores ex una, & Imperii ex altera parte, controversarum; si ve Electorum Regalium, munus actoris, si ve munus rei subeat: hæc namque solius Cæsaris judicio reservata sunt per Capitulationes, quarum novissima Carolina de hoc puncto dilucide agit in art. 8. Swederus cit. cap. n. 6. & 2. seqq.
- Pertinent huc IV. causæ præcedentiæ, 103 procediæ, aut sessione, tum extra tum intra Comitia, inter Status extoræ, utpote quas componere solus Imperator potest per R. I. de anno 1543. §. wir sollen 80. de anno 1567. §. als sich auch 68. de anno 1641. §. demnach de anno 1654. §. als sich auch 196. Qui tamen ut plurimum Statutum consilium exquirere solet juxta R. I. de anno 1545. §. demnach wolsen wir 50. Swederus cit. cap. n. 15. & seqq.
- Pertinent hæc V. causæ Supplicationum: 103 quando enim à sententia Judicii Imperialis Aulici pars gravatam se exillimat, nullum aliud habet remedium, nisi quòd Cæsareæ Majestati supplicare possit, ut acta judicialia denudò, adhibitis aliis Consiliariis, qui prioris sententiæ non interfuerint, revideri jubeat. Instr. Pac. Olinabrug. art. 5. §. 20. verb. quoad processum, R. H. D. tit. 5. §. dasen sich num. Capitul. Leopold. artic. 42. Carol. art. 17. D. Balthasar cit. l. membro 2. num. 1. Swederus cit. sect. 1. cap. 11. num. 4.

## §. II.

## Quales causæ ad Judicium Imperiale Aulicum spectent?

- 104 **J**urisdicção Judicii Imperialis Aulici ex n. 84. & 94. concurret cum Judicio Camerali; sicque causæ, ad Judicium Camerale spectantes, de quibus in §. seq. spectant etiam ad Judicium Imperiale Aulicū; datūque inter hæc Summa Tribunalia locus præventioni. D. ab Andlern in Jurispr. publ. lib. 2. tit. 3. num. 36.
- 105 Sed non e contra causæ omnes, quarum cognitio spectat ad Judicium Aulicum, perinde ad Cameram spectant. Nam ad Judicium Aulicum privative revocantur causæ Feudales, causæ Italicæ, causæ Statuum Imperii Criminales, Confirmationes Privilegiorum, Veniæ ætatis concessio, Restitutio famæ. R. H. D. tit. 2. in princ. D. Balthasar cit. l. membro 1. n. 11. D. Hermes in fascic. cap. 12. n. 12. D. ab Andlern cit. l. n. 37. Swederus d. sect. 1. cap. 12. n. 7. Vitr. Inst. §. P. lib. 4. tit. 7. n. 22. Dubi-

- 106 **D**ubitari autem solet: an Judicium Imperiale de causis, Religionem in Imperio Romano concernentibus, ac inter Catholicos & Protestantibus controversis, judicaturam habeat? Dubium hoc suggerit Instrum. Pac. Olinabrug. art. 5. §. 10. verb. *sed si ano & c.* ubi decernitur, in causis dubiis circa Pacem Religionis, in Comitibus, vel aliis imperii Conventibus inter utriusque Religionis Processus amicabilem transactionem procurandam esse. Nihilominus quia hæc constitutio tantummodo intendit, judicium prohibere, in casu, quò circa litigiosum Religionis punctum deficit Lex specialis, ne scilicet ex privatis arbitris Judices circa Religionis causas aliquid definiat, aut declarent, quòd Leges publicæ definitum aut declaratum non est, cum Leges interpretari pertineat ad illum, qui Leges tulit: certum omnino videtur, non esse prohibita judicia, in quibus per sententiam competentium Judicum (sicque etiã per Judicium Imperiale Aulicum) decernitur, an factum controversum Legis declinationi conveniat; vel Lex eam, quam litigantes proponunt, interpretationem patriatur. Hocque loculenter indicat cit. Instrum. Pac. cit. art. 5. §. 20. §. visitatio, ubi modus decidendi
- similes causas in Consilio Cæsaris Aulico inter Catholicos & A. C. Consiliarios præscribitur; idemque insinuat eod. §. ac providetur, ubi ejusmodi cognitio & modus adscribitur, & præscribitur Camera, cum qua Judicium Aulicum concurret in Jurisdictione. Consonat etiam R. I. de anno 1654. §. wir sehet und ordnen 193. D. Hermes cit. cap. 12. n. 13. D. Balthasar cit. membro 1. n. 9. & 10.
- Nec inferre velis ex antecedentibus, quòd minus Catholice loquamur, quando controversas Religionis, in priori cap. Judicio Sedis Apostolicæ subjectas, Judicio Imperiali Aulico subicimus. Enimverò non dicimus, quòd Judicium Imperiale, seu profanum & temerarie, possit in causa Religionis agere Judicem, decidendò vel decernendò, si tunc hic vel ille articulus tenendus aut credendus; sed hoc solum intendimus, quòd, si circa Religionis exercitium, quatenus, cogente temporum calamitate, de facto toleratur, cum Protestantibus sit controversia, ab Imperiali Aulico Judicio terminari possit, quantum & quousque per Pacificationem Monasteriensem aut Religiosam factæ contrariæ fuerint, tolerata; qua in hypothesi nihil in materia fidei decernitur, neque contraria secta probatur.

## §. III.

## In quibus causis Camera Imperialis Jurisdictionem fundatam habeat?

- 111 **C**ausæ, in quibus Camera Imperialis Jurisdictionem habet fundatam, duplices sunt generis. Quædam in prima statim instantia ventilantur in Camera; quædam in secunda.
- 112 In prima instantia Cameræ cognitioni subjacent Causæ Pacis Religiosæ & Profanæ; Causæ Fideles; Causæ litigiosæ possessionis; Pignorationis; Arresti; Mandati; Relaxationis ad effectum agendi; Legis diffamariæ Protractionis seu denegationis iustitiæ; Compromissi; Violationis privilegii Cæsarei &c. D. Hermes in fascic. cap. 13. n. 24. D. Balthasar cit. dissert. membro 3. n. 21. D. ab Andlern cit. tit. 3. n. 36.
- In secunda instantia Judicio Camerali sub-113 sunt omnes causæ, in quibus à Judiciali Statuum Immediatorum, vel etiam ab Austregis, seu privilegiatis instantiis, ad Cameram vel per viam appellationis vel nullitatis querelam devenitur, nisi aut privilegium de non appellando Statibus concessum obstat; vel qualitas causæ non recipiat appellationem. Latè D. Balthasar cit. l. n. 22. & plur. seqq. D. Hermes cit. cap. 13. n. 15. & seqq.

## SECTIO IV.

## De Effectu Jurisdictionis Summæ Sæcularis.

## SUMMARI A.

114. Effectus Jurisdictionis Summæ Sæcularis est, quòd appellationem excludat, 15. Imò & aliud remedium, si immediatè ab Imperatore administratur; & secus si à Judicio Aulico vel Camerali. 116. De aliis Effectibus agitur remissive.

## §. Unicus.

## Enumerantur in compendio effectus, quos proprios sibi habet Jurisdicção Summæ Sæcularis.

- 114 **E**ffectus Jurisdictionis Summæ Sæcularis alius est generalis, ac Jurisdictioni, quæ vel à solo Imperatore, vel à Judicio Aulico, vel à Camera exercetur, communis, quòd nempe, quæ statuuntur, decernuntur, definiuntur, ita sint rata & firma, ut nullò appellationis remedio restringi, aut infirmari valeant per textum in R. I. 1530. §. dieneit nun 76. ibi: davon n. est appellirt werden soll. Alius est specialis ac proprius soli Jurisdictioni, quæ Imperator ipsemet jus dicit, quòd ne quidem Supplicationis, aut Revisionis remedium, ad gravamen, si quod sentiat pars victa, ad revocandum superiit: cum tamen ex n. 103. à sententia

tentia Judicii Aulici parti condemnate suppetat Supplicatio ad Cæsaream Majestatem pro iterato Actorum examine ac discussione; & a sententia Judicii Cæmalls detur Revisio, quâ lætis per Commissarios ab Imperatore & Statibus Imperii specialiter deputatos succurritur. Sweder *cit. sess. 1. cap. 11. n. 4. & 5.*

116 Atque hic effectus Summæ Jurisdictionis est proprius, prout Jurisdictio sumitur pro jure dicendo. Quod si sumatur pro jure ad-

ministrandi Republicam, effectus plures habet, è quibus unum & generale, quod omnibus & in omnibus dominetur, attingimus in n. 62. & seqq. duos vero speciales, nimirum jus transferendi seu adimendi jura subditis quæsitæ; & jus imponendi Legalem obligationem, exposuimus in *tratt. de Jure Legali cap. 1. n. 195. & seqq. cap. 6. & 7.* ceteros vero Politicis & Publicis, donec ex professo de illis scribemus, relinquimus.

## CAPUT IV.

### De Jurisdictione Subalterna Ecclesiastica.

Jurisdictionem Summam, quam in II. & III. Capite considerandam dedimus, excipit *Subalterna*, quæ, cum, ad instar Summæ, duplex sit, Ecclesiastica & Sæculari, duplici in Capite explicanda proponitur.

### SECTIO I.

#### De Natura & Origine Jurisdictionis Subalterne Ecclesiasticæ.

##### SUMMARIÆ.

1. & seq. Etymologia Jurisdictionis Ecclesiasticæ Subalterne. 3. & 4. Synonyma. 5. & seq. Duplex definitio. 7. & seq. *Utriusque anatomia.* 12. & seq.

Oritur ex Jure Divino. 14. Juxta quosdam immediate; juxta alios mediate. 15. Ratio priorum. 16. Ratio posteriorum. 17. Conciliantur.

##### §. I.

#### Quid Nomine Subalterna Jurisdictionis Ecclesiasticæ intelligatur?

- 1 Jurisdictio Ecclesiasticæ, quæ modò Subalterna nuncupatur, ex eo nomen trahit, quod Potestati Supremæ ac Pontificiæ subalternetur, subjiçiat, ac subordinetur; imò in illius subsidium, levamen, ac partitionem inventa fit. Cum enim Ecclesia Catholica per universum orbem diffusa & extensa sit, præter Unum & Summum Caput, scilicet Romanum Pontificem, penes quem est regimen Universale, Monarchicum, & Hierarchicum, oportet esse alios, qui officium Pontificale, servatâ subordinatione, in partibus administrant. Et tales Jurisdictionem Ecclesiasticam Subalternam accepisse censentur.
- 3 Potest etiam & solet hæc Jurisdictio voca-

ri *Potestas Episcopalis*: quia, ut paulò infra audiemus, Episcopi in locum Apostolorum substituti, in partem & partitionem curæ Pontificiæ vocati, ac Præfides & Magistratus provinciarum ordinati sunt. Eleganter & usè Barbofa de *Offic. & pot. Ep. p. 1. tit. 1. num. 1. & plur. seqq.*

Ad hæc frequenter hæc Jurisdictio simpliciter dicitur *Ordinaria*; non quidem formaliter & exclusivè, quasi hæc sola esset ordinaria, ac vi muneris concessa: cum etiam, ut dicitur in *cap. 6. alia Jurisdictiones vocentur Ordinariæ*; sed eminenter ac per excellentiam: quia non qualiscunque, sed autoritativa & per amplam potestatis est

##### §. II.

#### Quid sit Jurisdictio Subalterna Ecclesiasticæ?

- 5 Quando Jurisdictio Subalterna Ecclesiasticæ accipitur pro facultate, particularem aliquam Ecclesiam, diæcesin, provinciam &c. regendi & gubernandi, nil aliud est, quàm participata & limitata potestas, dirigendi actiones fidelium particularium in bonum spirituale & supernaturale.
- 6 Quando autem pressius accipitur pro facultate, jus in Ecclesia particulari, diæcesi, vel provincia dicendi, est potestas participata &

limitata, jus de causis fidelium particularium dicendi, ad spirituale & supernaturale ipsorum bonum.

Dixi I. *potestas participata*. Nam, quia ex plenitudine potestatis, quæ est in Summo Pontifice, derivatur immediate omnis Jurisdictio Ecclesiasticæ: omnis Jurisdictio, extra Pontificiam, participata est.

Dixi II. *de limitata*. Est enim Authoritas inveniatur, qui cum Abulensi, Soto, Victoria,

ria, Gambara, Sanchez, quos referunt, sed non sequuntur P. Wietner ad *tit. de Offic. Jud. Ord. n. 81. & seqq.* & Fagnanus in *cap. perniciosa 1. eod. tit. n. 29. & 31.* assererent, Episcopis in sua Diæcesi competere liberam facultatem ea disponendi, quæ in Universâ Ecclesia disponere potest S. Pontifex: faterentur nihilominus, hanc potestatem esse limitatam, & quædam Summo Pontifici specialiter reservata manere.

9 Eamque in rem facit *cap. dudum 9. III. q. 6.* ubi præcipitur, ut, juxta Divinam institutionem, ad Romanam Ecclesiam, quasi ad Matrem atque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, & judicia Episcoporum recurrant; & juxta ejus sententiam terminum sumant. Idemque declaratur in *cap. cum ex illo 1. & seqq. de Translat. Ep.*

Dixi III. *fideliolum particularium*. Cura siquidem & officium, universam Ecclesiam regendi, judicandi, & gubernandi, soli Petro & successoribus commisit; Apostoli vero tantummodò Ecclesiæ partiales & particulares concessisse sunt juxta *cap. 2. an. 41.* Indeque in *cap. qui se scit 12. & seqq. II. q. 6. & cap. ad honorem 4. de Auth. & usu Pallii* habetur, Episcopos in partem sollicitudinis, non verò in plenitudinem potestatis, esse vocatos.

Dixi IV. *in bonum spirituale & supernaturale*. Quibus verbis & finis hujus Jurisdictionis, & diversitas illius à Jurisdictione Subalterna Sæculari denotatur. Nempè quòd, sicut Episcopi sunt pastores animarum; sic etiam ipsorum Jurisdictio salutem animarum spectet.

##### §. III.

#### Undenam Originem trahat Jurisdictio Ecclesiastica Subalterna?

- 12 Jurisdictionem Ecclesiasticam Subalternam ex Jure Divino suam originem trahere, vix licet ambigere. Ita enim Apostolus Paulus insinuat, tum ad Ephel. 4. & 1. ad Corinth. 12. scribens: *possuisse Christum in Ecclesia Pastorem*, id est Episcopos; tum Actor. 20. asserens: *possui vos Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam DEI &c.* Ita insinuat Tridentina Synodus *sess. 23. de Sacrament. Ord. cap. 4.* Ita insinuant textus in *cap. in novo 2. Dist. 21. & cap. ult. Dist. 68.*
- 13 Ita insinuat ratio, quæ docemur, Jurisdictionem Summam, quam Petrus & Successores in Pontificatu à Christo acceperunt, ex Divina institutione, salvâ Majestate, debuisse aliis ex parte communicari, & in plures dividi: quia nec Petrus, nec illius Successores singularibus plebibus, populis, & provinciis attendere, invigilare, & præesse, soli poterant. Barbofa de *Offic. & potest. Episcop. tit. 1. cap. 1. num. 7. 18. & 24.* P. Engel ad *tit. de M. & O. num. 33.*
- 14 An verò hæc Jurisdictio tantum mediata, vel immediate sit à DEO? Theologi & Canonistæ in utramque partem discurrunt. In priorum sententiam cum Castro, Victoria, & aliis propendit Gonzalez ad *cap. perniciosa 1. de Offic. Jud. Ord. n. 6.* In posteriorem Covarruvias in *reg. peccatum p. 2. §. 9. n. 5. V. quartæ ratio & num. 6.* Barbofa *cit. l. an. 18. Pignatell. 10. consule. 97. an. 12.* Clericatus de *Jurisdict. in præfat. n. 18.* Clariss. D. P. Pley de *side part. 1. dist. 2. q. 3. an. 288.* Clariss. D. P. Guethrather *Instit. Can. l. 1. n. 3. h. 3. n. 29.* Clariss. P. Wietner ad *tit. de Offic. Jud. Ord. num. 78.* Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 26.* cum aliis penè in-
- numeris transeunt. Priori sententiæ favet potissimum, quòd Apostoli suam Jurisdictionem immediate acceperint à DEO, juxta textum in *cit. cap. in novo 2. Dist. 21. & cap. ult. Dist. 68.* Atqui Apostolorum Successores sunt Episcopi, & majores Ecclesiarum Prælati, per eosdem textus, & Trid. Conc. *cit. sess. 3. cap. 4.* Ergo &c. Posteriori sententiæ præter textum, in *cap. 1. n. 74.* allegatos, præcipuè patrocinatur ratio Hierarchiæ & Monarchiæ Ecclesiasticæ, cujus exacta subordinatio & perpetua conservatio perit, ut omnis potestas à Prima Sede, velur inexhausto pelago, transfundatur, atque ab ea amplietur, & restringatur, dematur juxta *cap. nolite 3. Dist. 11. cap. isæ Dominus 7. Dist. 19. cap. sacrosancta 2. Dist. 22. cap. ult. celestinus 35. XXIV. q. 1.*
- 17 Ultraque verò sententia concordiam recipere videtur, si dicatur, Jurisdictionem Ecclesiasticam Subalternam quoad substantiam, in se, & in thesi immediate à DEO provenire, quatenus ita à DEO Apostolis est concessa, ut deinceps quoque à Summo Pontifice Apostolorum Successoribus ex Divino mandato concedatur: quoad modum verò & in hypothesi, ac quoad certos districtus Jurisdictionem immediate concedi à S. Pontifice, cujus est, non tantum potestatem partialem in Episcopos & alios Ecclesiæ Prælatos devolvere, sed ipsius quoque Jurisdictionis ita devolutæ, & curam habere, & illi terminos, populos, loca &c. præscribere. Hanc concordiam suggerit P. Engel ad *cit. tit. de M. & O. num. 34.* recipit Pax Jordan *Elucubr. div. in prælad. 3. num. 11.*

## SECTIO II.

### De Subjecto Jurisdictionis Ecclesiasticæ Subalterne.

##### SUMMARIÆ.

18. Nomen Episcoporum. 19. & seqq. Duplex Potestas. 22. Archi-Episcoporum etymologia. 23. Potestas. 24. & seqq. Habent Jurisdictionem Ordinariam in suis Suffraganeis. 28. &

seq. Sed tantum in causis civilibus. 30. & seqq. In eorum subditos Jurisdictionem habent in casibus exceptis. 36. & seqq. Patriarcharum etymon, diversitas, & Jurisdictio. 40. Indignitas.

tantur Patriarcha minores. 41. Legati Apostolici sunt triplicis generis. 42. & seqq. Recensentur ea, quae omnibus sunt communia. 47. & seqq. Adstruuntur ea, quae Legatis à latere sunt propria. 53. Statuitur, quid speciale habeant Legati Missi. 54. & seqq. Item, quid habeant Legati Nati. 57. & seqq. Discutitur questio, num Legati Missi cum Potestate Legati de latere eandem cum tali auctoritatem habeant?

& resolvitur negativè. 65. & seqq. Asserenti, se Legatum à latere, credendum est. 67. & seqq. Secus est de assente. se Legatum Missum. 69. & seqq. Missa secundò non censetur primus esse revocatus. 71. Etymologia Cardinalium. 72. Origo. 73. Tituli. 74. Nomen. 75. Dignitas. 76. Prædicatorum Eminentiissimi. 77. Jurisdicção in suis Titulis. 78. & seqq. Jurisdicção in universa Ecclesia.

§. I. Quâ plenitudine Jurisdictionem Ecclesiasticam habeant Episcopi?

- 18 Ex illis, qui Jurisdictionem Ecclesiasticam Subalternam acceperunt, singulariter excellunt Episcopi. Eorum nomen, tam Hebraeis in antiquo testamento in Psal. 108. quam Ethnicis in Pandectis in l. munerum 18. §. 7. ff. de Muner. & honor. optimè cognitum, significat præcedentiam & præfecturam, quâ quis Clero ac populo præest. P. Engel cit. l. num. 33. Conferatur Pax Jordan Elucubrat. divers. præled. 1. per tot.
19 Dividitur Episcoporum potestas per textû & Interpretes in cap. dilectus 18. de offic. Jud. Ord. in Legem Jurisdictionis, & Legem Diocesanam. Per Legem Jurisdictionis à Glossa intelligitur illa potestas, quæ in dando consistit, ac complectitur tam facultatem conferendi Ordines, quam ferendi Leges, dictandi censuras, dicendi jus, dispensandi &c. Per Legem Diocesanam veniunt ea, quæ consistunt in recipiendo; v. g. cathedralicum, charitativum lubidium, portio canonica &c. P. Engel cit. l. num. 37. Verum Gonzalez ad cit. cap. num. 9. docet, per Legem ibidem intelligi rationem formalem, ita ut illa, quæ spectant

ad Episcopum ratione Jurisdictionis Episcopalis, dicantur pertinere ad Legem Jurisdictionis; quæ verò spectant ad Episcopum ratione diæcesis, censentur ad Legem Diocesanam pertinere.
Quamquam autem in specie vi Jurisdictionis Episcopalis sua in diæcesi facere possint Episcopi, determinat Honorius III. in cap. consequente 16. d. 1. de Offic. Judic. Ord. Postquam nempe omnes diæcesanos compellere ad debitam obedientiam; instituire & destituisse Clericos ac Beneficiatos; correctionem ac reformationem suscipere; censuram Ecclesiasticam interminare; causas ad forum Ecclesiasticum spectantes disceptare; penitentias imponere; Sacramenta conferre; Synodum congregare; Synodaticum, cathedralicum, quantam decimæ & mortuorum recipere; visitationem instituire. Quæ & alia sigillatim exponunt Abbas in cit. cap. n. 2. Barbofa de off. & pot. Ep. p. 2. & 3. P. Engel ad cit. tit. §. 5. per tot. Gonzalez ad cit. cap. consequente. P. Wiedner cit. loc. art. 4. Reiffentuel ad eund. tit. à n. 83. P. Schmalzgrueb. ib. n. 18.

§. II. Qualem ac quantam Jurisdictionem habeant Archi-Episcopi?

- 22 Supra Episcopos in officio & Jurisdictione eminent Archi-Episcopi, utpote ex ipso nomine Principes seu Primi Episcoporum, alias dicti Metropolitaniani, à multitudine Civitatum, seu diæcesum, quas sub se habent cap. Cleros 1. §. Ordo Episcoporum Dist. 21. & ibi Glossa in y. à mensura. Enimverò præter Jurisdictionem, quam in sua immediata Diæcesi, perinde atque alii Episcopi, imò majori cum auctoritate, ex dictis in tract. de Mod. Acquir. Prælat. cap. 1. à num. 579. exercent, insuper in sua Provincia aliquam Superioritatem, tam quoad Episcopos Suffraganeos, quam eorum subditos obtinent.
24 Et quidem quoad Episcopos Suffraganeos & eorum Vicarios Jure Comuni Archi-Episcopus habet Ordinariam Jurisdictionem per cap. quia cognovimus 6. X. q. 3. cap. pastoralis 1. in fine pr. de Offic. Jud. Ord. cap. Romana 1. §. officiales eod. in 6. cap. Romana 1. de Offic. Vicarii in 6. Potestque I. illorum negligentiam in conferendis beneficiis, consiliuendis Oeconomis, absolvendis excommunicatis supplere cap. cum si

mus 3. IX. q. 3. cap. licet 3. de supplend. neglig. Prælat. cap. nulla 2. de Concess. Præb. cap. ad reprimentam 8. de Off. Jud. Ord. II. potest illos ad Concilium Provinciale convocare cap. de Conciliis 1. cap. pervenit 6. Dist. 18. Tridentin. sess. 24. de reform. cap. 2. III. potest eis præcipere, quæ aliunde tenentur facere, ac contumaces Ecclesiasticâ censurâ percellere juxta limites, in cap. quia Pontificali 2. de Offic. Jud. deleg. in 6. præscriptos. IV. potest eorum causas tam criminales quam Civiles audire cap. nullus 7. IX. q. 3. d. cap. pastoralis in fine pr. de Offic. Ord. d. cap. Romana §. officiales eod. in 6. cap. sollicitudinem §. 4. de Appellat. Dixi: de Jure Comuni. Nam de Jure Concilii Tridentini sess. 24. de reform. cap. 5. constitutum est, quòd causæ criminales Episcoporum graviore tantum à S. Pontifice; minores verò tantum à Concilio Provinciali vel ab illo deputandis terminandæ sint. Ex qua constitutione deducit Barbofa in collectan. ibid. num. 7. ne quidem in Civilibus causis Episcopos ab Archi-Episcopis hodie judicari posse; eam-

eamque in rem Declarationem Cardinalium 29 allegat. Verùm, quia Trident. excoress loquitur de causis criminalibus; ac de Jure antiquo non plus correctum. quam expressum, censetur istam Declarationem Cardinalium dubiam judicat P. Engel ad cit. tit. de Ep. & O. n. 28. ipsèque Barbofa de offic. & pot. Ep. part. 1. tit. 4. n. 28. relat. aliis, tenet, Archi-Episcopum de civilibus causis suorum Suffraganeorum cognoscere posse. Constat etiam Pax Jordan lib. 17. tit. 3. n. 96. Gonzalez ad cap. duo simul de Offic. Ord. n. 9. Reiffentuel c. l. n. 18.
30 Quoad subditos suorum Suffraganeorum competit quidem potestas Archi-Episcopo; illa tamen non ordinaria, uti in Suffraganeos, sed quasi-extraordinaria, ac velut inter ordinariam & extraordinariam media, atque ad casus in Jure expressos est restricta cap. nullus 7. IX. q. 3. d. cap. duo simul 9. cap. pastoralis 1. in pr. de Off. Ord. cap. venerabilibus 7. de Sent. Excommunicat. in 6. P. Engel cit. l. n. 30. Gonzalez cit. l. n. 10. Casus autem expressi

sunt I. in causa appellationis, quam à sententia vel gravamine Episcopi vel Vicarii ad Archi-Episcopum interponit subditus cap. Romana 3. de Appellat. in 6. II. in causa visitationis; si enim Archi-Episcopus visitet provinciam, Jurisdictionem fori saltem interni habet in subditis provincie cap. Romana 1. §. sanè cap. ult. de Cens. in 6. III. in causis criminibus notoriis, quæ saltem, si Suffraganeus negligentes sint, corrigere; pravas item consuetudines eradicare possunt d. cap. Romana §. sanè. cap. ad extirpandas 1. cap. ult. de filiis Presbyter. cap. ex frequentibus 3. de Insti. IV. tum injurias notorias, sibi suisque illatas; tum impediens usum Jurisdictionis suæ propriâ autoritate percipere præter cap. Romana 1. de Panis in 6. V. valedictionis officium indignis & immeritis in tota via provincia interdicere, eosque extra provinciam relegare non prohibetur cap. tuarum 11. de Privileg. Videantur Authores citati, & addantur post Barbofam cit. p. 1. tit. 4. per tot. cap. 4. Reiffentuel d. l. à n. 44. & Schmalzgrueb. cit. tit. n. 23.

§. III. Qualem Auctoritatem habeant Primates & Patriarchæ?

- 36 In Hierarchia Ecclesiastica superiorem ad huc gradum obtinent Primates & Patriarchæ, quos inter, licet diversa sint nomina, nullam in re diversitatem esse, probant textus in cap. provincia 1. cap. nulli 2. Dist. 99. cap. duo simul 9. de Offic. Jud. Ord. & ibi Gonzalez in nos. num. 2.
37 Id tamen intelligit Barbofa de Off. & pot. Ep. tit. 1. cap. 6. n. 7. & seqq. de Patriarchis minoribus & minus principalibus, eosque à Primatibus non differre, censet: agnoscit autem differentiam inter Primates & Patriarchas majores, quorum solummodò sunt quatuor, Antiochenus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus: hi quippe sunt Ordinarii omnium Archi-Episcoporum & Episcoporum in suo districtu per cap. mos antiquus 6. Dist. 65 cap. quod suspensi 15. III. q. 5. repræsentant quatuor Evangelistas in Ecclesia cap. scriptum est 40. (cujus plenam lecturam exhibet Gonzalez) de Elect. Crucem non tantum in suo Patriarchatu, sed, abiente Pon-

tifice vel ejus Legatò, ubique terrarum præferre possunt cap. antiqua 23. de Privileg. & ibi DD. Sed, postquam venerunt gentes in hæreditatem Domini, & poluerunt templum sancti ejus, Psal. 78. §. 1. hi ipsi quatuor Patriarchæ unâ cum suo Patriarchatu Christianorum manibus ab infidelibus crepti sunt P. Engel cit. tit. num. 24. Nihilominus etiam Primates, quos Patriarchas minores textus in num. 36. vocant, juxta eodem textus & cap. si Clericus 46. XI. q. 1. aliquam Jurisdictionem in Archi-Episcopos & Episcopos non-Exemptos exercent; talesque sunt in Germania noster Celsissimus S.R.I. Princeps & Archi-Episcopus Salisburgensis; in Hispania Toletanus & Bracharenis; in Gallia Bituricensis, Lugdunenis, Arelatenis, Viennensis; in Italia Pisanus; in Polonia Gnelensis; in Hungaria Strigoniensis &c. Pax Jordan præled. 1. num. 46. & seqq. Barbofa cit. l. num. 8. König ad rit. de Off. Jud. Ord. num. 11. Wiedner ad cit. tit. n. 45.

§. IV. Quæ Potestas Legatis Sedis Apostolicæ competat?

38 Peculiarem etiam classem in Republica Ecclesiastica occupant Legati Sedis Apostolicæ, qui in triplici sunt differentia, Legati à Latere, Legati Missi, Legati Nati. Legati à Latere dicuntur, qui ex Collegio Cardinalium, ad latus Pontificum Romæ residentium, ex causa legationis in provincias destinantur. Legati Missi, seu Nuntii Apostolici, compellantur, qui, extra Collegium Cardinalium, ad Imperatores, Reges, Principes Provincias, ablegantur. Legati Nati vocantur, quibus P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

Legationis munus cum officio & dignitate quasi connata. Legatis hæc quædam sunt communia, quædam propria. Communia sunt, I. quòd instar Romanorum Proconsulum & Præsulum in provincia Legationis Jurisdictionem & gubernationem habeant, ut ibidem evolvant, & dissipent, & adificent, & plantent, prout loquitur Clemens IV. in cap. Legatos 2. de Off. Leg. in 6. II. quòd mores & defectus, etiam Archi-Episcoporum & Archi-Episcoporum corrigere; Z z z

gere; Principes & populos in fide & reverentia erga Sedem Apostolicam conservare; constitutiones Pontificias in usum deducere, vel quam ob causam non deducantur, Papam informare possint & debeant arg. cit. cap. Legatus 2. in 6. P. Engel eod. tit. n. 3.

III. quod super electionibus Episcoporum examen institui valeant, postea, sine ulteriori processu, transmittendum Summo Pontifici cap. li-45 ceter. de Officio Legati.

IV. quod statuta possint condere. post suum discessum quoque 46 duratura d. cap. Legatus & cap. ult. eod. X. V. quod in prima statim instantia per viam simplicis querelae Jure Decretalium adiri possint cap. cum non ignoretis 1. eod. tit. X. ubi Gonzalez num. 7. & communicer Expositores: quantumvis per Concilium Trid. hoc immutatum, ac in sess. 24. de ref. cap. 20. statutum fuerit, primam instantiam Episcopis, seu Judicibus Ordinariis, ne quidem à Sedis Apostolicæ Legatis praripi, aut auferri debere. P. Engel ad eund. tit. num. 10. P. König eod. tit. num. 9. P. Wiestner ibid. n. 6.

47 Proprium Legatis à Latere est I. quod præter insignia splendidiora (quibus induti sub Baldachino civitates & oppida in comitatu Cleri & populi ingrediuntur) supra Legatorum reliquorum suæ provincie Jurisdictionem & Potestatem multum emineant, eamque in sua presentia cessare faciant cap. volentes 8. de Offic. Leg. cap. officii 1. eod. in 6. cap. antiqua 23. 48 de Privileg.

II. quod juxta Glossam in cap. cum non ignoretis 1. 7. universas d. 1. de Offic. Leg. P. Engel ibid. sub num. 4. & alios, Jurisdictionem habeant in exemptos; ac confirmare possint electiones Archi-Episcoporum, Episcoporum, & Abbatum Exemptorum cap. si Abbatem 36. §. fin. de Elect. in 6. Nisi ipsimet Pontifici, veluti in Germaniæ Concordatis, specialiter reservata sint. P. König cit. loc. 49 num. 10.

III. quod à die discessus ab Urbe quoscunque à vinculo excommunicationis, ob enormem Clerici percussione contraçdò, absolvere valeant cap. quod translationem 4. cap. excommunicationis 9. de Offic. Leg. cap. ad eminentiam 50 20. de Sent. excommunicat.

IV. quod conferre queant beneficia non-electiva, et si Patronatus sint Ecclesiastici, aut ex negligentia inferiorum Collatorum ad Superiorem devoluta cap. dilectus 6. d. 1. cap. officii 1. cap. presentis 3. 51 eod. in 6. cap. venerabilis 37. de Præbend. deturque inter tales Legatos & Ordinarium Collatorem locus preventionis; ita tamen, ut, si utraque collatio eodem tempore contigerit, collatio Legatorum à Latere prævaleat cap. si 52 à sede 31. d. 1. in 6.

Beneficia tamen electiva, jure patronatus laicalis affecta, vacantia in Curia, vel alias generaliter aut specialiter reservata conferre nequeunt cap. translationem 4. de Offic. Leg. cap. deliberatione 4. in pr. eod. in 6. cap. dilectus 27. de Præbend.

53 Proprium Legatis Missis, seu Nunciis Apostolicis, est, quod præter excommunicationis, à subditis suæ provincie, vel etiam adventis in sua provincia, per injectionem manuum in

Clericos contracta, absolutionem, aliqua leviora, in Legationis Indulto non comprehensa, facere possint per textum in cap. excommunicationis 9. de Offic. Leg. & ibi Panormit. n. 6. cap. mandata 6. de Presumpt. cap. cum dilecti 18. de Aconsat. P. König cit. l. n. 14.

Legatis Natis proprium est, quod eorum potestas sit realis, atque ad successores in Dignitate transitoria cap. antiqua 23. de Privileg. Secus ac potestas aliorum Legatorum, quæ quidem cum morte legantis non extinguitur, (nisi concessa fuerit ad beneplacitum) cap. Legatus 2. de Offic. Leg. in 6. sed cum morte Legati, lapsu temporis, ac terminatione causæ cap. licet 5. d. 1. Plerumque tamen adhuc 6

alia peculiariter sibi concessa habent privilegia; sicut noster Celsissimus Princeps & Archi-Episcopus Salisburgensis; inter alias insignes prerogativas, habet potestatem absolvendi ab hæresi, conferendi beneficia in mensibus Papalibus, ordinandi extra tempora, dispensandi in tertio & quarto gradu ad matrimonium cum illis, qui labore manuum victum quaerunt. P. Engel ad tit. de Offic. Leg. num. 10.

Quares autem I. nec extra rhombum, an 57 quoad potestatem & Jurisdictionem idem sit, esse Legatum à Latere, vel Legatum Missum cum potestate Legati de Latere; cujusmodi Legati hodiernis temporibus non raro ad Imperatores & Reges à Sede Apostolica dimittuntur? Affirmative respondent cum Garcia & Layman, Zoëlius ad tit. de Offic. Leg. n. 15. & Magnif. D. P. König ibid. n. 3. ex duplici ratione, I. quia in l. sua 1. in pr. ff. de Tutor. & 5 curat. dat. infirmatur, nihil interesse, an quis verus sit Proconsul, an pro tempore proconsulatum gerat: atque adeo etiam nihil interesse, sitne quis verus Legatus à Latere, an cum illius potestate missus. II. quia ca-59 teroquin hæc clausula cum potestate Legatis de Latere foret otiosa, ac contra cap. si Papa 10. de Privileg. in 6. operaretur nihil.

Negative respondent Barbosa J. E. V. lib. 1. 60 cap. 5. n. 4. P. Engel cit. l. n. 7. Jacobus Pignatelli Consultat. Canonic. tom. 2. consult. 1. n. 7. P. Wiestner ad cit. tit. num. 33. ac novissime Clariss. P. Schmalzgrueber ib. n. 7. Quibus egregie suffragatur cap. officii 1. de Offic. Leg. in 6. ubi de Legatis Missis dicitur, quod nullum beneficium conferre possint, quantumcumque plenam legationem gerant. Et sic 61 currit optima ratio, quæ scimus, multum interesse inter Episcopum & Vicarium, Ordinarium & Delegatum, Dominum & Procuratorem, Cardinalem & vices ipsius gerentem. Quin etiam, quod is, qui mandatum generale 62 habet, nequeat planè omnia facere, quæ potest Dominus, discimus ex cap. qui ad agendum 4. & ult. de Procurat. in 6. junctò cap. licet 2. & ult. de Offic. Vic. eod. in 6.

Nec movet duplex ratio affirmativæ opinionis. Non prima: nam in cit. l. 1. non æquiparatur Proconsul & ipsius vicarius in omnibus & per omnia, sed quoad solam tu-

64 toris & curatoris constitutionem. Non etiam secunda: quia clausula cum potestate Legati de Latere non est otiosa, sed operatur, speciales suos effectus non formaliter, sed realiter, nempe cum ordine & relatione ad Mandatum Pontificum, in quo potestas, ejusmodi Legatis communicata, liquidius & clarius exprimitur.

65 Quares II. utrum afferenti, se Legatum à Pontifice designatum esse, fides adhiberi debeat?

Resp. I. Legato à latere fidem adhibendam esse, dummodo contet, quod Cardinalis sit. 66 Ratio est: quia hoc ipso, quod Cardinales non dimittuntur à latere S. Pontificis, nisi legationis causâ, constat, Cardinalem, in provincia commorantem, esse Legatum à Latere.

67 Resp. II. Legato Misso fidem adhiberi non debere, priusquam literas suæ legationis exhibuerit per textum in cap. ult. Dist. 97. cap. cum in jure 31. de Offic. Jud. deleg. l. si quis 1. Cod. de 68 Mandat. Princ. Ratio est: quia, Legatum

Missum esse, res facti, non Juris est: adeoque character Legati Missi non presumitur, sed ostendi debet.

Quares III. utrum, si Pontifex ad eandem 69 provinciam vel aulam duos mittat Legatos, missò posteriore, censeatur prior esse revocatus?

Resp. negativè argumentò desumptò ex cap. volentes 8. de Offic. Leg. ubi in casu, quò Legatus à Latere venit in provinciam, aliorum Legatorum officium non extingui, sed tantum executionem officii suspendi, dicitur. Et licet, si duo procuratores diversis temporibus constituantur, censeatur esse revocatus, qui priori tempore constitutus erat l. si quis 31. §. ult. ff. de Procurat. Id tamen in Legatis tantò minus verificari potest, quantò nobilissimum est eorum officium; quantòve certius est, ex variis causis varios subinde Legatos in provinciis dimitti, non ut unus alterum expellat, sed singula negotia per singulos expediatur.

§. V.

De S. R. E. Cardinalibus.

71 Post Summum Pontificem supremam in Ecclesia dignitatem possunt Cardinales, velut cardines & præcipui Clerici per cap. fundamenta 17. §. isti sunt 8. docet de Elect. in 6. cap. per venerabilem 13. §. sunt autem 6. Quislibet

72 sui legit. Eorum origo à plerisque exemplariter adhibetur Christo Domino, qui sui Pontificatus coadjutores assumpti Apostolos. P. Engel ad tit. de M. & O. n. 15. P. Plettenberg in Ner. congregat. cap. 1. §. 2. n. 2. Titulos, seu Ecclesias, & parvas Cardinalium Dioceses, D. Marcellus Papa sub annum 304. crexissetur à Barbata de Poesch. Card. q. 1. p. 1. n. 5. At cit. Plettenberg §. 6. n. 3. Titulorum erectionem tribuit Evaristio Papæ, annò 112. electo.

73 Nomen Cardinalium primus dedisse creditur H. Sylvester in Synodo Romana per cap. à Subdiacono 5. Dist. 93. cap. Præfat. 2. H. q. 5. Plettenberg d. cap. 1. §. 1. n. 5.

74 Dignitatem seu præminentiam ante omnes Ecclesiæ Prælatos adepti sunt vel à Bonifacio VIII. vel à Clemente V. vel ab Eugenio IV. ut referunt Barbosa J. E. V. lib. 1. cap. 3. n. 7. & cap. 4. num. 24. Gonzalez ad cap. cum Apostolus 6. de Consib. n. 3.

75 Wiestner ad tit. de Off. Jud. Ord. n. 26. Prædicatum deniq; Eminentissimi ab Urbano VIII. Annò 1650. acceperunt. Engel d. l. num. 18. Plettenberg d. l. §. 8. n. 15. P. Schmalzgrueber cit. l. num. 12.

76 Distinguantur porrò Cardinales in tres series, Episcopos, Presbyteros, Diaconos. Cardinales Episcopi, statim & fixi, sunt 6. vide-

licet Hostiensis, Portuensis, Tusulanus, Sabinensis, Prænestinus, Albanus. Cardinales Presbyteri Titulos habent quinquaginta & unum. Cardinales Diaconi Titulos 15. possident, teste Barbosa cit. cap. 3. in fin.

Potestas & Jurisdictio Cardinalium in suis 77 Titulis est tanta, quanta Episcoporum in suis Diocibus cap. his que 1. de M. & O. Barbosa d. lib. 1. cap. 4. n. 3. §. 5. n. 7. Potestas au-79 tem & Jurisdictio Cardinalium quoad universalem Ecclesiam, vivente Papâ, talis esse videtur, qualis est alicujus Supremi Dicastrii, v. g. Imperialis Aulici: Cardinalium siquidem consilio & operâ controversias plurimas dirimi, ardua expediri, difficilia resolvi, plusquam meridianum est ex dictis in cap. 2. num. 213.

Nec appellationem à sententia, votò Cardinalium latâ, permittam esse, aditit Plettenberg ubi supra §. 9. n. 8. Sede vacante 81 Jurisdictio quide Pontificia, seu personalissima, non transfertur in illos; ea nihilominus, quæ spectant ad Electionem successoris Pontificis, nec non tuitionem & defensionem Ecclesiæ, Cardinales disponere valent cap. ubi periculum. 3. de Elect. in 6. Clem. ne Romani 2. eod. Quin 82 etiam in casu schismatis, quò duo vel plures in discordia sunt electi, nec constat, quisnam canonicè fuerit electus, Cardinales possunt congregare Concilium, ut ejus auctoritate, questio Electionis dirimatur. Barbosa d. cap. 4. n. 76. Plettenberg d. §. 16. Schmalzgrueber d. l. n. 16.